



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 80. Catharina Medicæa Regis Mater vivis erepta: ejusque indoles.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

Sæcul. XVI. Regnum prædicationis sanctitate pro-  
A.C. 1589. fanata Concionatores veluti in rabiem  
acti contra hoc sui Principis facinus  
declamabant.

### §. LXXX.

*Catharina Medicæa Regis Mater  
vis erepta: ejusque indoles.*

*Thuan. hist.* Fervente adeo funesta rerum vicissi-  
l. 94. tudine haud amplius Blesensia co-  
*Brantom.* mitia continuari poterant, magis tu-  
*elog. Addit.* men ad illorum exitum properare co-  
*aux mem. de* gebat inopina mors Catharinæ Medi-  
*Castelln.* ceæ Reginæ Matris, quæ in Blesen-  
*t. 1. p. 281.* arce anno ætatis suæ septuagesimo di-  
*Davila l.9.* quinta Januarii e vivis excessit: pon-  
nata ea erat Florentiæ die decima ter-  
tia Aprilis anno salutis nostræ millesi-  
mo quingentesimo decimo nono: deca-  
tero haud diffiteri possumus, quod hæc  
Regina omnibus animi, corporis que-  
dotibus ornata, Majestate spectabilis  
auctoritate, animique celsitudine, que  
omnes fascinare poterat, insignis  
raraque, ac jucunda morum comitatu-  
clara extiterit: insuper excellebat in-  
genii sui amplitudine, mentisque per-  
spicacia, ac sublimitate, miraque in  
rebus gerendis dexteritate, necnon si-  
gulari animis pro arbitrio suo dominan-  
tudinem, ac magnitudinem, qua pro-  
mæ-

SÆCUL. XVI.  
A.C. 1589.

mævo naturæ beneficio, ac propensione nonnisi ad maxima negotia nata videbatur: præterea eximia prudentiæ suæ specimina per integros triginta annos, quibus Franciæ sceptrum moderabatur, ediderat, aliunde etiam morum affabilitate, magnificentia prorsus Regia, atque eximia ad exequendas actiones heroicæ propensione ubique celebrem sese reddiderat: denique ad profusionem usque liberalis, probis Viris semper propitia, impiis implacabili odio infensa, necnon ad id sollicite erat intenta, ne suos domesticos, sibique addictos nimium extolleret, aut eis, plusquam par esset, faveret.

Attamen dissimulare haud valemus, quod præclaras hasce animi dotes plurimi vitiis obscurarit, ac propter immodicam auctoritatis, cui assueverat, tuendæ cupiditatem pœne innumera attentarit, quæ tamen ægre admodum excusari possunt: insuper ob pacem sæ- *Mem. de*  
pius cum Protestantibus initam, & pri- *l' Etoil. t. I.*  
vilegia eisdem concessa, necnon pro- *pag. 260.*  
pter nimiam facilitatem, qua turbidos hosce animos irritandi metu expugnata eorum postulatis annuit, non modo ingentem sibi populi invidiam accersebat, sed etiam incurrebat censuram Scriptorum, qui eam de immodica ambitione, & exiguo Religionis fervore tanquam om-

*Hist. Eccles. Tom. L.*

Tt nium

Sæcul. XVI nium in Regno malorum Austricem  
A.C. 1589. accusabant.

## §. LXXXI.

*Postrema hujus Reginæ verba  
ad Regem.*

*Daniel hist.  
de France  
t. 6. edit.  
1723. p. 764.* Ceterum Rex ingravescente Matre suæ morbo ab eadem nunquam d<sup>r</sup> velli poterat: imo referunt nonnulli quod eadem præsente Rege Filio suæ supremæ voluntatis tabulas conscriberet illum his verbis allocuta sit: „Fili mi „hæc postrema tibi relinquō verba, que „pro Regni tui emolumento altius me „moriæ tuæ impressa cupio: Regia „Stirpis tuæ Principes amore prosequere „re, eosque, præcipue vero Navarra „Regem, semper tuo dignare confortare „illos enim semper Regno fide integrare „devotos experta sum, quippe his solis in Regnum tuum succedendi juventus „competit: memor sis etiam, quod „tunc, si pacem Gallis tantopere negotiis „cessariam recuperare velis, conscientia „tiæ libertatem tuis subditis concedere „cogaris; ego enim probe observavi „quod Germani, pluresque mei etiam „Principes nunquam alia ratione tuæ „multus ob Religionem in suisditionibus suscitatos sopire potuerint.“

Postea Rex unacum tota Aula suæ lugubres indutus vestes Blesis in sancto Salvatore